

Johann Matthäus Polemann Hermann Lorenz Decker

Dissertatio Philologica De Enallagis Textus Hebraei Veteris Testamenti Originalis

Rostochii: Richelius, 1685

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730487377>

Druck Freier  Zugang



CIc-2781⁶

Q. D. B. V.
DISSERTATIO PHILOLOGICA
DE
ENALLAGIS
TEXTUS HEBRÆI
VETERIS TESTA-
MENTI ORIGINALIS, *v. Exeg gen: in V. To*

Quam

Divina annuente Gratia
Permissu Amplissimæ Facultatis Philosophicæ
benevolo

In alma Rostochiensium Academia

P R Æ S E S

M. JOHANNES MATTHÆUS
POLEMANNUS,

Luneburgensis,
RESPONDENTE

HERMANNO LAURENTIO
DECKERO,

Hamburgensi.

Publicæ Eruditorum Disquisitioni
Ad diem 29. April. Anno M. DC. LXXXV.

In Auditorio Majori

subjicit.



ROSTOCHII,

Imprimebat JACOBUS RICHELIVS, Senat. Typograph.



CIc-2781 b

DISERTATIO PHILOLOGICA

DE
EMALLAGIS

TEXTUS HERBAE

VESTERIS TESTA-

MENTI ORIGINALIS

Handwritten notes

Divinae Augustinae

Universitatis Rostockensis

Philosophiae

M. JOHANNES MATTHEUS

ROEMANNUS

HERMANNO LAURENTIO

DECKERO

Publicae Institutionis

Alumni M. Phil. M. Phil. M. Phil.

in Auditorio Majori

ROSTOCKI

Imprimatur JACOBI RICHELII



11
שסג



Ravissima omnino ac terribilis vox ea est Numinis sanctissimi, qua per Sapientissimum omnium Regem Salomonem sollicitum Scripturas interpretandi studium, ita commendat Prov. XXX. 6. *Ne addas ad verba ejus (DEI) ne te puniat, quia mentitus.* Nam in ea reseratos nos esse tempora videmus, in quibus neminem omnino, qui aliquid sapientiae vel saltem sanitatis habet, reperire licet, qui non Scripturas interpretandi sibi sumat licentiam: Ipsas vero dein explicationes si spectamus, tot sententiarum divortia, tot contradictiones, & nescio quid non aliud monstri licet cognoscere, ut numerum inire vix virium humanarum videatur esse munus. Unde quid de seculi hujus studio sit habendum, aliorum sit relictum judicio; neque nostrum est excutere: Interim cum videamus, quod purioris religionis hostes, quo aliquam veritatis speciem suarum opinionum pessimarum mentiantur, ad *Enallagas* recurrere: Impræsens ventilanda sumimus eam quaestionem Philologicam: **An in Hebræo textu Veteris Testamenti originali dentur Enallagæ.** Hoc verò dum meditamur, devoto corde rogamus DEUM, ut in veritate sua sanctificet nos & ducat: suum enim verbum veritas est; idque propter Jesum Christum Salvatorem Nostrum. Amen!

Caput I.

Sensum quaestionis & Negativam exponens.

§. 1.

Cujus ergo quaestionis pertractationi dum admoveamus manum, hinc quaestio hæc nostra aliquid semper videatur obscuritatis retinere,

A

tinere, sunt nonnulla, quæ in antecessum videntur monitu necessaria. Et per *Hebræum* quidem *textum Test. Vet.* quid intellectum velimus, neminem in Christiano certe populo adeo rudem aut dissimilem sui inveniri credo, qui per eum linguam illam sanctam, quæ Veteris Testamenti libros Moïsi ac Prophetarum ceteraq; uti Judæis audiunt, Hagiographa instinctu Spiritus Sancti impræfens habemus exarata, indigitari dubitet.

§. 2. Posteaquam enim Clementissimo Numini sanctissimam suam de salute hominum voluntatem, temporibus ante Christum longo jam seculorum intervallo oretenus traditam per Scripturas demum ad eo magis a corruptione vindicandam, manifestam facere placuit: Sola *Hebræa lingua*, quæ conscriberetur, opportuna fuit. Illa enim, quemadmodum unica ante confusionem linguarum Babylonicam a DEO immissam, hominum erat ministerio, & cum prima mundi origine ceperat: ita post eam in sola Heberi (unde Hebræa & Hebræi traxerunt nomen) familia, fortean quod de turri extruenda non consenserit, esse conservata; atque in feris posteris Israelitis ac dein Judæis dictis, usque ad captivitatem Babylonicam 2. Reg. XIII, 26. propagata; Imo etiam e captivitate reducem populum mansit, ut Hebræice conscriptum liberum Moïsi prælectum summa animi commotione audierit Nehem. VIII, 6: donec tandem cum Prophetarum morte, intermissa Chaldaice ferme exspiraverit. Inde omnino Numinis postulabat benignitas, lingua populo illi Vernacula, non solum per Prophetas docere, sed & quæ voce tradita, Hebræa consveta ipsis lingua consignare, quo nemo a sensu & lectione eorum sese alienum putet.

§. 3. Neque enim Chaldaice lingua præfens, in usu Israelitis fuit in Canaan degentibus; quod non solum testantur Personarum, Locorumque Nomina in nostro Hebræo textu pure Hebræica occurrentia: Nominum itidem ex ipsa lingua petita explanationes, Paronomasia &c. Sed & quod Nebucadnezar quosdam ex Judæis captivis juvenes Chaldaice docere iussit. Dan. I, 4. Neque etiam Samaritana fuit: Suam enim in Canaan Hebræi adduxere secum linguam, & Samaritani demum, uti Hebræorum sunt propago, ita cum origine accepere linguam, ut intermissa Chaldaice & Arabica lingua, novum illud Idioma sit enatum.

§. 4. Unde Samaritanum Pentateuchi, aut si volunt, aliorum quoque prophetarum, codicem primævum assumere, nunquam addu-

COR.

cor. Præterquam enim quod impio fundamento ad omnem religionis eversionem composito superstructa ea sit sententia, ac si Esra Scriptorum Mosis & Prophetarum lacinias inventas tumultuaria opera in librum congefserit: Reclamat sane rei natura (1.) Pentateuchum ante Samaritanorum tempora (conf. Deut. XXXI, 26. & 2. Reg. XXII. cum 1. Reg. XVI. 24.) Samaritano tamen Idiomate conscriptum (2.) Pentateuchum Samaritanum ex Hebræo transcriptum, (quod similes Hebraicæ litteræ in Samaritano committæ, & errores pro Samaritani templi auctoritate adstruenda, aliæq; detorsiones introductæ, testantur) Hebræo esse antiquiorem. Reclamat solius Pentateuchi a Samaritanis receptio teste Leusd. Philol. Hebr. mixt. Diss. 8. p. 57. Reclamat ipse DEI Filius, ne jota quidem ut minimam litteram, aut punctum quoddam apicis ex textu legis impleteretur periturum Matth. V, 18. cum in Samaritano codice vel jota maxima sit littera, neque apices habeat litterarum aut accentus, eodem teste Leusden. l. c.

§. 5. Quo circa indubium assumimus, litteras has nostras Hebræas quadratas, primævasillas esse & genuinas, quibus Hebræus codex Veteris Testamenti conscriptus; & cum de Samaritanorum authenticitate sententia nulla sit, simul firmis nixi rationibus statuimus; Vocales atque Accentus a prima statim origine additos: Siquidem Masoreticæ tempore Esræ elaboratæ annotationes circa vocales & accentus jamdum exstantes occupantur: Codex Hillelianus & Paraphrasis Onkelosi, Christi ætate antiquiores, mentionem eorum faciunt, nemo unquam Judæarum in litterarum Hebræorum studio nimium alias superstitiosorum, præter Levitam impium, de primæva & Sacro Sanctæ codicis Hebræi & vocalium nec non Accentuum Authenticitate dubitavit; sed ad unum omnes in hanc nostram consentiunt punctationem, quin imo ipsa rei natura deposcit.

§. 6. Eundem verò integrum ad nos pervenisse non solum inde manifestum est, quod ante Esræ tempora nullus sit de corruptione timor conf. Nehem. XIII, 1. cum Deut. XXIII, 3. sed nec post Esræ tempora humanæ Facultati in eo quicquam immutare licuerit. Adeoque præsentem hunc Hebræum textum recte ipsum esse DEI verbum credimus, ut, hunc si legamus, audiamus, DEUM ipsum his verbis, hac constructione, hoc ordine, hoc genere ac numero loquentem audiamus; Et ille dum loquitur; unicus sane Scripturæ erit sensus, &

is demum verus, qui simplicissime ita fuit, ut DEUS hunc intendens sensum aliter loqui non potuerit. Adeo omnia heic divina sunt, nihil heic humanæ des aut libertati aut voluntati. Sancta heic lingua, quæ DEUS locutus, sanctæ sunt res, quæ pertractantur; Sanctus est finis, cur per leguntur: Et sanctis adeo mentibus, Sancto studio, sanctis verbis pertractanda sunt. Quare cum videamus, omnia ferme Commentatorum folia quocumque nos vertamus, *Enallaxis* plena, omnes huic referri explicationes, toties ingeminari; *Disß Wort soll so und so heissen*; quid *Enallagæ* nomine veniat, paucis exponamus.

§. 7. *Enallaga* vox est Græca *διὰ τὸ ἐν* atque *ἀλλὰ ἄλλω* immutare, descendens, ab immutatione ordinis cujusque ad immutationem ordinis in dicendo consueti translata, unde & *ἐτέρωσις* alteratio; *ἀλλοίωσις* immutatio; nec non *ἀντιμετρία* partis unius pro altera positio vocari solet; ac defini *ratio loquendi a regulis Syntaxeos alienior quæ partium Orationis Accidentia inter se permutantur; ut unum ponatur pro altero.* Duplex enim in Grammaticis constructio tradi solet; una regularis, quæ est compositio partium orationis inter se consentanea regulis artis, altera irregularis, quæ ab eadem constructione receditur; quæ etiam *Enallagam* referre solent, ut pote quæ partium Orationis Accidentia inter se permutantur, iusta turbatur constructio, unde & ipsa irregularis audit. Partes orationis quæ & quot sunt, tres nimirum Nomen, Verbum & Particula, & quæ ipsorum, Nominis scilicet & Verbi sint accidentia, cum pueri didicimus, odiosum fortean hic repetere, & hoc tantum dico: *Enallagam* in eo consistere, exempli gratia, ut ubi pluralis in certa oratione sit positus, idem in sensu non spectetur, sed pro eo singularis: Eadem ratione, ubi Genus inveniatur Masculinum, non illud sed Fœmininum subaudiatur pro Masculino, & cum eo fiat constructio, non cum Masculino.

§. 8. Quamvis etiam aliqui varias faciant *Enallagæ* species, aliam quam vocant *Antiptosin*, quæ est casuum: aliam *Syllepsin*, quæ est tum generis, tum numeri, tum utriusque; Et denique *Antimeriam*, quæ ipsæ Orationis partes inter se permutantur, ut Nomen exempli gratia pro Verbo; Aut Particula pro Nomine ponatur: cum tamen illi, qui *Enallagas* in Hebræo textu dari concedunt, omnes mutationes illas, quibus aliquod inter partium Orationis Accidentia pro altero ponitur, *Enallagas* appellent; Neque in commode nos huc omnia referre posse

ſe putamus, ut Enallaga nobis ſit loquendi ratio a regulis Syntaxeos alienior, qua partium Orationis Accidentia inter ſe permutantur, ut unum ponatur pro altero. Ut adeo duo ad Enallagen requirantur (1.) ut ſit loquendi ratio a debita lingvæ conſtructione recedens: (2.) ne quod in textu, ſed aliud quid, pro quo poſitum, in ſenſu attendatur.

ſ. 9. Sicuti enim de ratione lingvæ poſt eam conſtitutam demum judicandum eſt, & quid tum ab ea recedit, ad irregularem referendum Syntaxin: ita in judicio de Enallagiſ, Idiotiſmi Hebræi cura eſto. Idiotiſmum voco certum illum loquendi modum, qui lingvæ Hebrææ omni (in omni ſcriptionis genere hiſtorico, didactico, poetico) ſoli (non tantum ut ceteræ excludantur lingvæ, ſed, ſi traducatur in aliam, huic tamen primo debeatur) & ſemper (omni tempore, ut qui pure hanc locuti ſunt lingvam, ubi & quocunq; tandem vixerint tempore, ita locuti) competit. Quo præ ceteris refero Philologorum illum Canonem, quod in Scriptura conſtructio & coherentia non tam ad verba, quam ad rem & ſenſum ſæpius applicetur: cum ceterarum lingvarum ſcriptores verbis tantummodo ſtuduerint E. g. Gen. IV, 10 ubi **דִּיפְּוֹ** cum **וְהִנֵּה** h. m. conſtruitur: *Eſt vox ſanguinum fratris tui, clamantium ad me* Hiob. XXXII, 7. *& quoad multitudinem annorum, anni illi facient notum* &c. Unde nec Lingvam aliam ſv. Latina ſv. Græca ſv. quæcunq; alia fuerit, Hebrææ normam concedo. Meridie enim clarius eſt, quod multa in ſua lingva ſunt ſvavia, quæ foris aures lædunt; & quid Hieroſolymis cum Athenis, num Regina ſervarum audiat imperium?

ſ. 10. Ex quibus adeo præmonitis, in quo jam controverſiæ ſit ſtatus, credo innotefcere; Scilicet de eo quæri: *An in Hebræo textu Veteris Teſtamenti, ab ipſo DEO quoad voces, conſtructionem, cenſu impræſens habemus, inſpirato, & ſecundum ſuos Idiotiſmos recte explicato dentur Enallagæ, tales nempe conſtructiones, quæ ab Idiotiſmo Hebrææ Lingvæ alieniores; ut ſenſus ſec. Idiotiſmum requirat aliam vocem, pro ea, quæ poſita; & ea quæ in textu legitur, in ſenſu non attendatur?* quod affirmant alii, & Sociniani pro hoc tanquam pro aris & focis pugnant: Nos vero negamus.

ſ. 11. Quæ negativa ſententia neque nova eſt, atque in noſtro enata cerebello; ſed jamdum Viri Summi Theologi & Philologi ante nos docuerunt. Atque ut *Boblium* Profefſorem in hac Academia ce-

leberrimum mittam, adduco *B. Varenium* nostrum Theologum & Philologum desideratissimum in Commentario suo ad Genes. decad. 4. loc. 9. Gen. IV, 10. p. 404. ita loquentem: Nos **Enallagarum**, *Allaeoseon*, *Pleonaſmorum*, *Ellipseon Solæcismorum* in *Sacro-Sancta Scriptura*, & lingua quæ cum primæva sit, ipsius *DEI* & *Adamo* יְהוָה אֱלֹהִים, unâ cum illo נִשְׁמַת חַיִּים, per quam factus est הוּא לְנֶפֶשׁ הוּא non ex illis, quæ confusam habuerint Babelis originem, linguis, earumque imperfectionibus mensuranda venit, multiplicationem pro ignorantia & audacia Theatro fidenter estimamus: quin vi linguæ, per se s. in via Lingvæ S. S. illa dari pernegamus, ejus securi male ex Occidentalium Linguarum imperfectionibus, quæ postulant talia vocabula mensurari linguam S. S. primævam, adeoque matrem ex filia; sed & illos singulares loquendi modos & incommunicabiles Ebraeorum Idiōtismos, qui inimitabiles sunt, & nativi proprii & elegantes flosculi, quos propriis singula habent linguæ, terminis imperfectiones maximas sapientibus vel nullas vel incertas rationes habentibus, male in Sacro-Sancta lingua exprimi, atque inde Syntaxin Hebraicam obscurari myriadibus **Enallagarum**, serio dolemus. Similia in Academia Giffena Helvicius S. S. Theol. & Hebrææ Lingvæ Professor docuit Tom. V. Disp. Giff. Disp. 4. §. 4. p. m. 64. 65. Christiani mordicus tenent & audiunt vocem pastoris sui in Sacra Scriptura loquentis, & ad Orcum ablegant, quascunque insinuationes ambiguitatum, incertitudinis, **Enallages**, troporum aut Peregrinorum locorum: Certi quod hoc & plane cum Scripturarum fine pugnet, omnia ἀναγκαστικῶς versare & pro libidine abusivas & tropicas locutiones claris textibus allinere; & vero omnem religionem mordicus evertat Conf. & §. seqq.

§. 12. Qui Auctores cum sufficientissime rationes negativæ suæ sententiæ addiderint, iis adducendis superſedere nos posse putamus; volumus ergo statim ad loca Adversariorum, quæ pro affirmativa adduci solent, progredi, & formare.

Caput II.

De Enallage Numeri.

§. 1.

EAm duplicem vulgo faciunt, aliam quæ pluralem pro singulari, aliam quæ singularem pro plurali numero positum esse vohunt.

Qvoad

Quoad primam dicunt, in Hebræo textu verba occurrere pluralia & singulari suo quæ descendunt, quæ non amplius stent in sensu plurali sed singulari, ut idem sit ac si legatur singulari; Et id quidem factum honoris causa, nihil plurale, quæ vox significat, intendendo. Exempli gratia quando vox אֱלֹהִים de uno adhibetur domino, nolunt eam plures Dominos denotare, sed unum solummodo dominum; eam vero positam pro אֱלֹהִים; idque factum ob honoris excellentiam; quemadmodum nos Germani unam Personam honoribus coruscantem ih̄y alloquimur, non plures, sed unam personam indigitantes. Contra quam sententiam nos ita sentimus: *Omnis vox pluralis, quæ singularem in eadem significatione habet, ubicunq; adhibetur naturam suam significationem pluralitatis in eadem significatione retinet ac significat, nec unquam in sensu singulari exuto quasi plurali accipitur* E. g. Vox אֱלֹהִים ubicunq; adhibetur, semper plures dominos respicit. Ut pote quod ipsa rerum natura, Analogia Linguarum, & sensus evidentia deposcit.

S. 2. Illi vero, ut suam quam fovent sententiam probare videntur, putant in Hebræa lingua dari voces, quæ, cum pluralis numeri sint, tamen singulariter significant. Atque huc referunt vocem חַיִּים & חַיָּה, quam utramque pluralem faciunt, sed singulariter tamen significare. Quod omnino concedo, voces, quæ in plurali ita desinant, dari; E. g. גִּבֵּי Locustæ. Sed uti & Singulares E. g. יָרֵי languidus; quæ singularis est; ita & חַיִּים; cum pluralis sit חַיִּים Deut. IV, 4. & חַיִּים teste Schindl. h. l. Et sic vox singularis singulariter adhibetur. Quo & pertinet vox כְּהֹטֶת Hiob. XL, 10. quam Bochartus Hieroz. P. II. L. 3. c. 14. p. 756. non pluralem sed singularem Ægypticam esse dicit. Sic etiam לְמוֹ utriusque numeri & pluralis & singularis significationem habet. Singulare est Gen. IX, 26. 27. ubi in uno versu respectus ad Semum, in altero ad Japhetum; & de singulis tamen distincte enunciatur illud לְמוֹ & per hoc distincte Canaan subjicitur Semo, distincte Japheto. Esa. LIII, 8. propter privaricationem populi mei, plaga ei (Messiæ). Ps. XXII, 8. DEUS est robur ipsi Hiob. XX, 23. Et pluet (DEUS) super eum in carnem ejus: Esa. XLIV, 15. facit sculpsile & incurvat se coram eo. Plurale vero est Ps. II, 4. Esa. XXX, 5 &c. vid. Nold. Concord. in partic. לְמוֹ p. 53.

S. 3. Inde etiam in contextu putant invenisse voces, quæ, cum plu-

pluralis sint, de singulari tamen loquantur; sed ipsa loca si evolvimus, invenimus ea, quæ ipsi de singulari exponunt, vere in numero suo plurali plura etiam designare. Ita Jud. XX, 12. שְׁכֵטֵי de familiis in tribu Benjamin Nach. II, 6. de variis portis riparum Tigris ad quas Ninive condita; Gen. XIX, 11. 2 Reg. VI, 18. de cæcitate oculorum & mentis Dan. VII, 9. de variis thronis Christi & Apostolorum, qui olim in die extremo judicaturi sunt Matth. XIX, 28. Luc. XXII, 30. (testibus Weimariensibus h. l.) Nec minus vox תולדות Gen. VI, 9. XXXVII, 2. non generationem solam, sed res gestas Noachi & Jacobi, & Gen. II, 4. omnes egressiones diebus creationis factas: Hiob. XL, 11. בשרירי non umbilicum sed nervos ventris Kohel. V, 7. גְּבוּרִים omnes Trinitatis Personas dicit. Hi tres alti sunt super eos injustitie in terra Patronos. Hiob. IV, 19. & tres Personæ Trinitatis conterent eos homines coram tineâ. Ecquis etiam in multis somniis multas etiam vanitates Kohel. V, 6. neget. Hagg. II, 8. venient & Messias desiderium gentium, & ipsa etiam gentes venient.

§. 4. Libentissimus etiam concedo, Hebraismum, quo nomen plurale ad superlativum gradum exprimendum adhiberi solet: Sed ita tamen, ut respectus pluralitatis vel in objecto vel in effectu involvatur. Sit ergo Thren. III, 22. חַסְדֵי benignitas maxima, quis vero benignitatem DEI multifariam exhibitam neget? Gaudeat Sponsa Christi Pf. XLV, 16. gaudio maximo, de multis tamen DEI beneficiis æternum gaudet. Pf. XLII, 6. XXXIV, 5. omnino infinita est salus, quam DEUS exhibuit, nihilominus crebram Davides deprædicat. Eodem modo & Filius DEI Prov. I, 8. excellentissima dicitur Sapientia, sed nec respectus ad infinitos divinæ sapientiæ thesauros negatur. Ejusdem generatio divina טוֹצְאוֹת Mich. V, 1. describitur ad generationis eminentiam æque ac jugem emanationem (Danh. סְפִסִּים. p. m. 240.) indicandam. Dan. II, 1. somnium memorabile, quod sæpius iteratum, & plurima exhibuit, vocatur. Esa. LIII, 9. Mors Christi mortes audit, ut omnia passionum genera indicet Propheta &c. Cui simile de aliis est judicium.

§. 5. Putant etiam pluralem numerum pro uno aliquo ex pluribus poni; quæ quidem sententia respectus ad pluralitatem plane haud exclusus est, sed cum & hoc modo pluralis singulariter poneretur, dubios nos ea tenet sententia, & in plurali explicare sensu malumus Gen. IIX, 4. quod arca super montes Annat recubaverit, teste Varenio h. l. idem de longitudine Arcæ probante. Jud. XII, 7. inter urbes Gilead.
Hiob.

Hiob. XXI, 32. *Impium hac in vita honesta sepultura inter majorum suorum sepeliri sepulchra; scilicet adduci sepulchris.*

§. 6. Sed levioribus hisce immorari, multis fortean molestum erit; neq; ipsemet ego tempus hisce putarem utiliter teri, nisi quæ angvis hac in herba lateat, decursu temporis edocti fuissetus. Etenim concessa hac Enallage, quæ pluralis pro singulari ponitur, mirum, quanto animi fervore, illi, quibus divinitatem Christi & Spiritus Sancti negare, ex re videtur, usi fuerint ad infringendum Trinitatis mysterium; dum vocem *Elohim*, quæ pluralis est, nullam confirmare in DEO pluralitatem docuere, atque ex eo, quod אֱלֹהִים & אֱלֹהִים de uno Domino in singulari sensu adhibeantur, fundamentum sententiæ suæ sibi putant invenisse.

§. 7. Verum enim vero tantum abest, ut *Adonim* & *Bealim* singulariter usurpari legas. Nam (1.) vox אֱלֹהִים (extra Hebraismum de quo vid Glass. Philol. S. lib. III. Tract. I. c. 35. p. m. 127. seqq. si spectetur), proprium Idolis Gentium nomen est; Conf. 1. Reg. XIX. (2.) אֱלֹהִים omnia Idolorum Gentium genera designat Jud. II, n. X, 6. Unde & Verus DEUS ob abusum forte, quo ad Idola Gentium est translatum Hof. II, 19. ita se nominandum negat (Esa. LIV. 5. est Boalim: *Conjuges tui sunt factores tui*): Ita & (3.) vox אֱלֹהִים, nomen est soli vero DEO proprie competens; (quod probat non solum derivatio, quia illi soli relicta est gloria, quod sustentator ac conservator hujus universi; sed & quod DEUS noster אֱלֹהִים Exod. XXIII, 17. &c. Cum ipsum אֱלֹהִים ex ratione Hebraismi significationem vocis sapius intendit, ut eminenti quadam ratione subjecto attribui doceatur,) & absolute אֱלֹהִים ad denotandum excellentem gradum & perfectionem &c. vocatur; iidem vox אֱלֹהִים, ubi extra accentum Regium אֱלֹהִים adhibetur, verum essentia DEUM notat: Et (4.) אֱלֹהִים in plurali אֱלֹהִים itidem & propriissime de DEO adhibetur & id quidem ut pluralitas Personarum in DEO indicetur. Est profecto illustris sensus Malach. I, 6. *Si ego, qui sum trinunus DEUS, sum Dominus Vester, ubi est Timor meus.* Ex quo cum voces *Adonim* & *Bealim* proprie & primario DEO vero, & quod DEI loco habitum est, conveniant, facile est cognoscere, ap. Hebræos easdem de uno homine per tropum a divinis nominibus formatum usurpari, ut denotetur quod homo ratione Dominii DEI Trinunus vicem gerat. Vid. Schmid. Dissp. Theol. Fascic. disp. I. p. 20. seq. Adeoq;

B

quam

quando de uno tropice analogicè, representative & imitative dicantur, ut pluralitatis tamen, quæ in DEO exacte fervetur significatio, neq; singulari sensu supponant; Nihil etiam exinde pro sententia altera, ac si vox pluralis singulariter adhibeatur, potest concludi.

§. 8. Multominus ergo vox *Elohim*, cum quoad cetera accidentia Grammatica eadem cum aliis est vocibus, significationem pluralitatis a natura quam habet, mittet: Sed uti singulare *Eloah*, quod nomen est essentia, formaliter denotat sublimissimam illam atque increatam naturam, citra omnem tamen ad pluralitatem in DEO respectum: ita *Elohim* plurale summum illum verum DEUM, qui in pluralitate Personarum subsistit (ceu nos, qui Christo nomen dedimus, meliora edocti credimus) designat; quomodo & putative de Idolis, sive uno Exod. XXXII, 31. 4. Jud. XVI, 23. 24. sive pluribus Exod. XII, 12. XX, 23. Jud. X, 6. Jos. XXIII, 16. &c. quasi verus Trinunus DEUS sint, & presentative ratione officii de Judiciis hominum, crebro occurrit; sed ita, ut semper ad pluralitatem Personarum intendatur digitus. Ecce enim æternum Numen, Sapientissimus Scripturarum auctor, pluralem loco singularis adhibeat, cum Nomen hoc singularem habeat Hab. I, 11. Hiob. XII, 4. Deut. XXXII, 18. &c.; cum Verbo plurali construatur Gen. XX, 13. *Omnes Persona Trinitatis me jusserunt e terra egressum incertis sedibus huc illuc vagari*; itidem cum adjectivo plurali Jos. XXIV, 19. suffixo plurali Ps. III, 8.; nisi eo ipso in DEO aliqua indicetur pluralitas. neque enim duplex plurale de una re affirmari potest. Quid dicam si distributio inter plures accedat Gen. III, 22. *Ecce Adam fuit ut unus ex nobis.* nec non decretum plurium Gen. I, 26. *Faciemus hominem* quo ipso sane indicabitur pluralitas.

§. 9. Neque enim in Hebræo codice unum aliquem de se in plurali loqui, aut alloqui alios, aut ut plures describi, ullo in loco, exemplum suppetit ullum proferrive potest. Bildades Hiob. XXIX, 2. cum sociis loquitur: *O mei quousq; tacebitis, neq; Hiobi dictis molestissimis inter loquemini, suaderem, ut inter pellaremus.* Num. XXII, 6. *Balak tam se & exercitum; quam sese armis & Bileamum precibus pugnantem indigitat.* Gen. XXIV, 50. 54. 59. ad Matrem & cognatos est respectus. Nec minus Daniel. II, 36. socios quos precum habuerat, eosdem & revelationis indicat: Uno verbo: loca, quæ hic obijci possunt, cum de quo agunt, cum sociis & consiliariis conjungunt. Nec adeo

agno.

agnoscimus heic Idiotismum alium, præter eum, ex quo inferatur pluralitas. Neque honoris causa de DEO adhiberi statuimus, ac si Magnatum nostrorum more ad conciliandam sibi Majestatem in plurali loquatur, aut in scripturis describatur; Cum frustra Occidentalium Linguarum eandem cum Hebræa rationem dicas; neque vel mente captus DEUM, DEUM dico, hisce levioribus sibi auctoritatem conciliaturum, aut ab hominibus conciliatum iri credat.

§. 10. Unde & frivolum esse, quod magno clamore objectare solent, puto; (1.) quod vox *Elohim* sive de duabus Personis Gen. I, 2. *Spiritus Elohim* Patris & Filii, *incubabat aquis*; siquidem & in duabus Personis jamdum pluralitas est: sive de una Persona Filii DEI occurrat Jud. XIII, 22. & Ps. XLV, 8. *O Elohim, Fili DEI, Elohim Tuus, tota Sacro-Sancta Trinitas te Messiam sec. H. N. unxit*: Nam si Christus Joh. XVII, 3. *Pater, inquit, est solus verus DEUS*; quidni & diceretur Pater est Elohim; Filius est Elohim; Spiritus Sanctus est Elohim; cum per singularissimam illam *ἑξάκων* atque *ἑνὸς* mutuam una Persona sit in altera, & quælibet tota sit divina essentia, quo in sensu utiq; *Elohim* & tum vi relationis pluralitatem significat. De quibus Theologi. (2.) quod nomen hoc plurale cum verbo tamen singulari construatur, unde sensu videatur singulare. Præterquam enim quod rectissime dicantur E. g. Gen. I, 1. *Verus in essentia DEUS, qui in tribus subsistit Personis creavit celum & terram*; notamus Ebraismum, quo ad distributionem, indicandam pro omnibus & singulis pluralis cum singulari constructum solet; ut totum illud complexum & quodvis in ipso contentum, intelligatur E. g. Num. XXXII, 25. *Et dixerunt omnes filii Gad, & quisque inter filios Gad, dixit*. Prov. XXIX, 1. *Iusti omnes & quilibet in justis confidet*. Gen. XXXV, 26. XLIX, 22. Exod. XXXI, 14. Prov. IX, 1. I. Sam. XIX, 4. Joel. I, 20. Eccl. X, 15. Ita & h. l. *omnes Trinitatis Personæ creavere & vice versa quælibet in Trinitate Persona creavit*. Quæ loquendi ratio cum per totam dominetur linguam, omnibus omnino Auctoribus S. S. maxime familiaris, nullo penitus dato dissimili exemplo; Ne ad Enallagam, Anomaliam dico referamus, quæ Spiritus Sanctus secundum Linguæ Analogiam, hanc necessario requirentem Constructionem, hoc intento sensu, alio eloqui modo neque voluit neque potuit.

§. II. Atq; ita td. accingimur alteri *Enallage* explicando generi,

quo singularem numerum pro plurali accipi volunt. Dicunt, vocem singularem, quæ & singularis in se sit significationis, frequentius positam pro plurali, nec quo ad sensum singularem eidem datum locum: Gen. III, 8. dici Adamum terrore conscientia de perpetrato peccato atque accessu DEI perterritum, quæsiuisse latibula in medio Ψ i. e. arboris, qui sensus sit inconueniens; & legendum adeo pro Ψ esse Ψ i. e. arborum, quarum in medio recte datus sit Adamo latitanti locus. Ita etiam toties numerum singularem E. g. Ψ Populus, construui cum plurali E. g. Ψ Ψ ; ubi sane cum constructio numeri requirat identitatem; pro Ψ singulari, cum Verbo plurali construendum Vocis Ψ plurale Contra quam sententiam nos ita statuimus: Omnis vox singularis semper in eo, quo legitur, numero est seruanda, nec unquam accipiendus est ejusdem numerus pluralis, ut ille non vero singularis in sensu attendatur.

§. 12. Quoad exempla vero, quæ contra nos pugnare existimant; monemus voces (1.) alias in singulari numero & de uno loqui singulari; adeoque singularem omnino retinendum. Ita Gen. III, 8. vocabulum Ψ cum Lexicis & Belgica versione, Adamum in medio arborum horti Eden latitasse, ex ponimus. Hiob. XXX, 1. Ψ cum Ψ construitur h. m. In pane & fame hæc scilicet senectus erit solitaria (tamquam eorum) qui fugiunt in locum siccum. Esa. VIII, 20. Ψ non ad Pythones Pythonissæve sed Populum referendum h. s. si non loquentur hoc ipso modo secundum hoc Legis & Testimonii Verbum, non erit illi (Populo mortuos & Pythones consulenti) aurora: Coh. I, 10. Num quid est novi, de quo dicatur? Hoc est novum. Plane nihil est novi: Fuit jamdum temporibus antiquis, quod modo ante nos factum &c. (2.) Alias esse voces collectivæ, quæ in singulari suo (a.) plura (b.) in uno collecta significant E. g. Populus, Grex Societas; quæ partim, singularis sunt numeri & sensus; partim quo ad sensum plurali æquipollent: & recte hinc cum utroque construuntur (3.) Alias denique ex ratione Hebraismi positas indefinite, ut tota indigitetur universitas, integra specifica natura, quæ individuis fere infinitis communis est: adeoque pro omnibus quasi individuis supponere; atque tum in sensu plurales æque ac singulares, & cum utroque numero posse construui. Et quidem si in singulari numero pluralitatem dicant, major est Emphasis. Uti de eo notatu dignus est non solum Philologorum Canon. Quando scriptura S. singulari Numero utitur pro plurali plus singularitate significat, quare

quam pluralitate; sed & audiendus est Augustinus qui in libb. locutionis lib. 2. de Exod. Nescio inquit, quomodo per loquendi consuetudinem imbutis sensibus hominum, sepe plus videtur quod singulariter, quam quod pluraliter dicitur. Nam plus accipitur, cum dicitur V. g. est illic miles, quam sunt isthic milites; est illic piscis, quam sunt isthic pisces. &c. conf. Helvici Disp. 3. c. 5. T. 5. Giff. p. 44. Ad majorem Emphasin Gen. XLIX, 6. dicitur; in istrem Zorn haben sie alles was männlich heist/ erwürget: ac si legas; sie haben alle Männer erwürget. Hiob. IX, 2. Ich weiß fast wol, daß nicht was Mensch ist/ bestehen mag gegen Gott &c.

§. 13. Sed procul *Enallaga*. Est hic debita partium orationis inter se, compositio, ut verbum plurale cum Nomine, quod plurale significat, jungatur; licet singulare sit Grammaticum; quod Idiotismus lingvæ ad distributionem omnium & singulorum requirebat. Neque enim plurali ejusdem vocis h. l. heic locus erat; siquidem toto cœlo duo hæc inter se aliena; Omnes in populo clamaverunt; & populi clamaverunt; & sic neque sensus aliam ferre vocem poterat. Nec regeras, dici tamen in Scriptura Populus clamavit: tum enim constructio ad verba potius quam sensum: in hac vero cum plurali clarior ad individua respectus. Uti dixi; sufficit quod quæcunque tandem vox sit posita, nulla tamen alia, quam ea ipsa, quæ in textu est, intelligatur, aut cum ea fiat constructio. Quando vero hæc loquendi ratio in tota obtinet Scriptura S., ut nullus liber, nullum caput, nullus plane versus aut linea inveniatur hac immunis constructione; & Hebræa lingvæ hunc consensu omnium, sibi peculiarem arrogat Idiotismum? Quid nobis est cum *Enallaga*?

§. 14. Ubi ultimo tamen loco satis mirari nequeo quod ad *Enallagam* si numerus pluralis de duobus usurpatus, referant; itidem Adjectivis numeralibus singularis numeri, frequenter substantiva pluralia, & vice versa Numeralibus pluralibus junguntur substantiva pluralia; quod scilicet lingvæ Idiotismo debetur atque alia, quæ molestum foret omnia excutere; Nos contenti nihil de *Enallaga* huc usque probatum latiores accedimus ad.

Caput III.

De Enallaga Casuum.

§. 1.

Quid Casus sit apud Latinos & Græcos ceterasque occidentales gentes pluribus exponere puto supervacaneum, apud quas ex-terminatione varii sunt; quomodo Hebræis nullos dico com- petere. Neque tamen casus plane lingua Hebræa exulant; siquidem ipsa dicentis oratio postulat; fiunt autem, quoad Genitivum quidem, li- terarum certis in vocibus mutatione; quoad ceteros casus Dativum Accusativum & Ablativum, certis præfixis particulis, quarum significatio si recte innotesceret, quicquid de hisce casibus sit, fore existimo quam fa- cillimum. Interim cum negligatur, enata est sententia de Variis Casu- um Enallagis. Cui itidem adversam negativam nequicquam dubita- mus amplecti.

§. 2. Et quod primo Genitivum spectat, refero huc *statum constru- ctum, quem pro absoluto, aut vice versa absolutum, quem pro constructo poni sentiunt. Volunt nempe sæpius vocem in statu constructo formatam le- gi, quæ nullo modo talem locum & contextum sensumve nacta, ut in sta- tu constructo formari queat. Quid in Hebræorum scholis status con- structus audiat, qui in his enutriti, norunt. Est idem quod Latinis status ægiminis, quando apud Latinos duo substantiva non in sensu appositio- nis, ut unum describat alterum exponatve, sed possessionis latissime ac- cepto vocabulo concurrunt, posterius in Genitivum mutari solet; A- pud Hebræos ordine inverso antecedens nomen sive sit Substantivum sive Adjectivum Gen. XXIV, 13. Esa. VI, 5. Ezech. XXII, 7. Pf. XXIV, 4. Prov. XIV, 1. 2 Par. XXI, 17. sive Participium Exod. XXIII, 11. Cant. II, 5. Jos. III, 14. Jud. V, 10. Esa IX, 1. Joel. I, 8. Pf. XXXIV, 19. Hiob. XXXV, 5. mutationem si potest subit, ob sequens non solum Substantivum no- men, (quod Grammaticorum vulgarium Sctum plurimi uno ore appro- bant,) sed ob quæcumque vocem (Num enim Grammatica Linguam, an vero lingua Grammaticam sequitur) quæ sensu Genitivi sustineat habitu- dinem; quo pertinent (1.) quævis particulæ E.g. Pf. II, 12. (2.) voces quibus particulæ ככר sint præfixæ: (3.) Genitivus sensuualis, sive lateat vel infe- quente vel præcedente nomine: (4.) שרן tum expressum tum subintel- lectum.*

lectum: (5.) etiamsi quoque accesserit Accentus distinctivus Regius, qui Genitivum ad sequens rapiat membrum, Num. IV, 24. Levit. XIV, 32.; dummodo uti dixi, Genitivi adsit ratio; ut denotetur sive Causa efficiens sive Materia sive Forma sive Finis: sive Objectum sive Subjectum, sive Effectum, sive Comparatio sive Contrarietas &c. (de quo vid. Glass. Phil. S. Lib. III. tract. i. c. 30.) Quamquam & absoluta quaedam formam constructorum imitantur מִטְּחָה Gen. IV, 7. Exod. V, 16. גִּטְּרָה Esa. XII, 2. נְחִלָּה Pf. XVI, 6. &c. סִנְהָה 2 Par. XXXI, 3. &c. quae cognita Hebraeorum constructi status ratione nihil de Enallagis timemus.

§. 3. Quod itaque statum absoluti pro constructo attinet, in plurimis ad majorem Emphasin appositio est E. g. Prov. XXII, 21. *Eloquia Veritas* i. e. Eloquia quae sunt ipsa Veritas. 1 Reg. XXII, 27. *Panem, qui est ipse angustia*; itidem *aquam quae est ipsa angustia*. vid. etiam Esa. XXX, 20. Pf. LX, 5. Zach. I, 13. Pf. XLV, 5. &c., Latine ad sensum commodiorem per relativum vertenda. In aliis vero ad Emphasin haud certe minorem ellipsis ejusdem est repetendi Nominis, uti Buxt. Thef. Gram. lib. II. c. 4. p. m. 347. & ex eo Wasm. p. 284. explicant; Ita & יְהוָה צְבָאוֹת pro יְהוָה אֱלֹהֵי צְבָאוֹת quae explicandi ratione ab ipso data Spiritu S. Pf. XXXIII, 2. Num. XXXII, 1. &c. & hanc Enallagem felicissime amputatam censemus.

§. 4. Majoribus tamen difficultatibus obstrictum est, ceteros casus ex Enallagae caeno ereptos puritati atque elegantiae Hebraeae restituere, cum omnes Grammaticarum ductu in hanc ingrediantur sententiam, particulas quasvis suo cuique casui proprias, omnibus indifferenter proponi; Cum tamen quaelibet suo casui ita debere, ut quicquam immutare nefas sit, res ipsa loquitur. Ita n. quasi naturale & ipsi vocum significationi insitum est, ut aliae Dativum, aliae Accusativum, aliae (cum Hebraeis loquor) Ablativum jure suo possint; eosque pervertere, quid aliud est, quam summa imis, coelum terra miscere? Inde ap. Hebraeos si fortean obtingit, ut eidem verbo diversa addita sit particula, diversam significationem in causa esse scias E. g. קָרָא vocavit cum קָרָא ruffen / cum קָרָא Mahmen geben Gen. I, 10. שָׁמַע cum שָׁמַע etwas hören; cum שָׁמַע einem gehorchen cum שָׁמַע erhören &c. צִוָּה cum צִוָּה simpliciter jubere, cum צִוָּה über einen Verordnung machen / daß er dis oder jenes thun oder lassen soll; ubi ne linguae Hebraeae Latina constitatur regula, magna omnino cautione opus est; sed quid res; de qua loquatur Spiritus S. dicat, in quo consistat, probe observetur.

§. 5.

§. 5. Itaque h, quod Dativi omnium consensu nota, illis, quæ reguntur a Verbis aut Adjectivis Nominibus, acquisitionem, possessionem, finem, traditionem, declarationem, comparisonem, similitudinem, imperium, studium, obsequium commodū vel contra significantibus præponitur: utpote in quibus dandi valet significatio. Quæ observata regula nunquam dicas alii antefigi casibus. Et quidem (I.) quoad Nominativi exempla recte dico Gen. II, 24. *Et ad hereditatem vir uxori suæ, ut sint carni uni*, qui finis est conjugii. Exod. VI, 7. *Ero vobis DEO*, quod est commodum (conf. tamen de hac Phrasi uberius Dorsch. Pentad. p. 595. different.) Gen. II, 7. *Et fuit animæ viventi*. qui finis inspiratæ animæ, ut homo sermonis & rationis usum perfectum se demonstraret. Latine fortean, commodius redderes per in vel ad. In aliis exemplis in Nominativi adductis gratiam & constructio & Accentus & positus, ut ex Nomine, cui præpositum, & integrum quasi membrum fiat requirit, hoc modo Gen. II, 20. *Et quantum Adamo convenit, ille non inveniebat auxilium*. Esa. XVI, 7. *Quare Moab ejulabit; imo quantum Moabo convenit, totum ejus ejulabit*. Hiob. XVI, 21. *Et arguet (DEUS quod) viri (mihi Hiobo) est cum DEO*. &c. (II.) quoad Genitivum, per se illi, ut constructionem faciat & præfigi nego, apud Latinos tamen plurimis in exemplis verti posse, nullus abnuo; perinde est sv. dicam Pl. XXIV, 1. *Terra est domini sv. Terra est domino* atque in Psalmorum inscriptione *Psalmus hic est Davidis sv. Davidi debetur*; in aliis tamen Dativum, ne totus a genuino adludas sensu, retinendum urgeo E. g. Exod. XII, 11. *Hoc est Pesach Domino* hoc sacrificium, hic ritus, hic cultus est sacrificium præteriticum Domino, per quod Dominus meritum ejus, qui in eo figuratur, Christi seminis promissi applicat, vestra peccata remittit, & sine omni poena quam judicat, præterit. Sic (III.) quoad Accusativum, eoque adeo variis in lingvis, Græca Latinae hospes est ac peregrinus; ut diversis in lingvis maxime differentem obtinere constructionem, nesciat? Utque adeo verba apud Hebræos cum h, & Latinos cum Accusativo constructa parum vel nihil curem; sed §. sup. observatæ regulæ de varia particula uni addito verbo pauca adhuc exempla subjungamus. Thren. IV, 5. *hN cum h, h. s. die vorhin assen allein den men lusten*. Es. LIII, 11. *Servus ille meus justus justitiam faciet multis i. e. appropriabit & applicabit* Deut. III, 20. *donec quietem dederit Jehova fratribus vestris* &c. Quæ eadem attribuendi ratio, cum (IV.) in exemplis Ablati-

Ablativi obtineat E. g. Hiob. XXXII, 4. XXX, 1. *seniores diebus est comparationis, & Latine commode per qvoad. 2 Reg. X, 23. Et crevit Salomo divitiis & Sapientia &c.* ob chartæ angustiam nolo ea prolixius adducere; siquidem datis insistendo vestigiis, felicissime portum nos assequi posse spero.

S. 5. Unde **אנ** quæ nota Accusativi casus est, secundo jam insequatur loco, quam, nisi ut præpositio post intransitiva nim verba per *cum* vertenda, semper accusativi notam, nullo dissimili dato exemplo, opinor. Equidem eam cum verbis passivis notam esse Nominativi, atque prouti **אנ** Accusativo Emphaseos nota est, ita eandem ob rem Nominativo Passivorum præponi; unus omnium Grammaticorum sensus est ac sermo; & cum a iudicio eruditiorum dissentire, in multis temeritati sit, libenter eam assensu exciperem vocem; sed quando alii pravis corrupti opinionibus nescio quid non suas in partes rapiant; & Christi gloria a deo heic militet; nihilominus Accusativum facere, si **אנ** cum passivis construitur, in ea persisto sententia, atque exempla, quæ pro contraria parte adducuntur, non in commode impersonaliter exponi posse, animum induco. E. g. Gen. XVII, 5. und man wird deinen Namen nicht mehr Abraham nennen Exod. X, 8. derothalben brachte man Mosen und Aaron zu Pharao Prov. XVI, 33. man wirfft das Loß in den Schooß. &c. Et id quidem; cum (1.) Philologi Hebræorum eximii non negent (conf. præc. Cevalerius Tract. II, c. 2. p. 44.) Passivum Niphal, ceu **אנ** **אנ** **אנ** **אנ** impersonaliter dici ut **אנ** **אנ** **אנ** **אנ** dicitur (gallicè on dira) & si constructionem admittat, sequi constructionem Verbi unde descendat. (2.) nota Accusativi casus sit addita (3.) & Lutherus varia loca ita vertat E. g. Exod. XXVII, 7. Num. XXVI, 55. Deut. XII, 22. XX, 8. Jos. VII, 15. &c. nec (4.) ubique Emphasi creditæ locus videatur; (5.) sensus requirat; adducor ut credam. Quamquam alia inter loca pro adstruendo **אנ** usu cum Nominativo, minime huc pertineant E. g. Eccles. IV, 3. Laudo ego bonum ex duobus illis; illum ipsum, qui non fuit. Nehem. IX, 19. qvoad Columnam nubis, ea non recessit ab eis. 2 Reg. VI, 5. & quantum ad ferrum attinet, cecidit in aquam. &c. In ceteris casibus Genitivo scilicet & Ablativo, **אנ** a nomine Verbalis, quod Verbi sui casum regit, accusativum nō regitur; adeoque, **אנ** **אנ** itid. Accusativum dicit h. m. qvoad Genit. Sam. XIII, 29. Et fuit Saul, odio prosequens Davidem Esa. XI, 9. Plena erit terra cognitione Jehoram.

C

Hä-

Habac. III, 13. *exiviſti in ſalvationem populum tuum, & in ſalvationem Meſſiam tuum*; qvoad Ablat. Exod. XL. 3. *Et obteges ſuper Arcam verum.* Levit. IX, 7. *Et induit ipſi pallium.* i Reg. VII, 14. *Et plenam habuit Sapientiam & intelligentiam*: qvæ Nominum Verbalium constructio neqve Latinis inſolens, & duplex Verbalium Nominum reſpectu efflagitat. Qvæ alias pro *W* cum Dativo uſu afferri ſolent, ex §. 4. & 5. huius capituli manifeſta, de Caſuum confuſione acceptam opinionem amputabunt.

§. Unde extremum occupet *Q* qvæ Ablativo attribui a Grammaticis caſui ſolet, & antepoſiti nominibus, qvæ cauſam qvamlibet, locum, tempus, pretium, Modum, instrumentum, & circumſtantiam dicunt & *per in, cum, per, propter* &c. vertitur. Germ. *an in durch auff* &c. Quo ipſo Nominativo aliisve conjungere caſibus, quid qvæſo rei foret? Audiamus tamen loca. producunt Hof. XIII, 9., cujus explicatio hæc eſt. *Perditio ſc. perdere tuum eſt, Iſraël, multominus* (conf. Eſa. XXXVI, 10. 2. Par. XXXII, 14. 2 Reg. XIII, 35.) *in me in auxilio tuo.* Pſal. LXIIX, 5. *Imo in Jah nomine ejus (canite Domino) & exultate coram eo.* Eccl. VII, 12. *qui in umbra (illius) ſapientia; (ille) in umbra argenti (latet)* Hiob. XXVI, 13. *Per Spiritum ipſius (Spiritum Sanctum) celos ornavit.* Prov. III, 26. *Nam Jehovah erit pro fiducia tua.* i Reg. XIII, 34. *Et ſuit propter rem peccato ipſa domus jeroſoam.* i Par. VII, 23. *qvia in malo (luctu) erat (uxor ejus) in domo ſua* (nempe quod filii ejus a Gathæis intercepti.) &c. Sic loca pro genitivo, quid obſt ita exponere? Exod. XXII, 27. *Principi in populo tuo ne maledicito* Nehem. VIII, 8. *Et Eſra legebat in libro (adducto) in lege Domini.* Qvoad Dativi exempla Gen. II, 24. *Et herebit in uxore ſua, er wird an* (not Ablativi) *ſeinem Weib hängen* intime cum eadem conjunctus. Exod. XIV, 31. *Crediderunt fidem ſalvifica id eſt fidem ſuam firmiſſimam fiducie collocaverunt in Jehovah & in Moſis doctrina, ſeu fundamento.* Eccl. II, 24. *Annon eſt bonum quoddam in homine, (ſi homo hoc habeat) ut comedat & bibat.* i Sam. XII, 3. *Respondete contra me.* &c. Qvoad Accuſativam Gen. XXV, 26. *er griff an den Ferſen Eſaus* &c. ubi & præceteris verbum *Q* constructa probe obſerventur, de quo Waſm. p. 291. & ſic etiam Enallagarum harum omniū telis ſalvi evademus. Interim brevitatis peto gratiam eorum, qvæ Diſputationis cancelli exigui & temporis penuria ulterius deducere non permiſerunt; Contenti ſumus, modum, quo nos Enallagis explicemus oſten-

stendisse; quod cum feliciter sit factum ut spero huc usque, ad Enallagen Generis patet jam aditus.

Cap. IV.

De Enallage Generis.

§. 1.

ENallaga generis est, qua putant in S. S. lingua Hebraea frequentissime permutari genera, ut vox Masculina cum Foeminina & vice versa, construat: duos, adeo diversi generis construi nomina, quorum alterum mutari debeat, ejus demum loco aliud alteri genere conveniens subintelligi. Et maximam sane Generis Enallage veritatis mentitur speciem: Sed quemadmodum in superioribus, quicquid alii de Enallage dicant, id ipsum secus visum fuerit; etiam in hoc ab ipsis dissentire, nemo vertet vitio; Et dicimus: Nunquam in textu Hebraeo Masculinum cum Foeminino, vel vice versa, Foemininum cum Masculino construi, ut alia quavis vox genere alteri accedens, ejus in locum sufficiatur.

§ 2. Confirmant nos ad nauseam usque in medium producta exempla, in quibus (1.) voces, quæ de utroque genere, tam de Masculino quam Foeminino participant, occurrunt. Talis est **את** Tu, teste Schindl. h. l., & sic recte Masculino, quoniam tribus solum vicibus Deut. V, 27. Num. XI, 18. Ezech. XXII, 14. alias semper Foeminino jungitur sic & **רוח** i. Reg. XIX, 11. **ש** Hiob. XX, 26. **פתגם** Ecclef. VIII, 11. **ב** Gen. II, 15. cu Bohlius hanc tradit Reg. lib. I, c. 7. tab. 24. Communia sunt ea, quæ ad copiam sermonis in eadem significatione ex se formant Foemininum; & exempli loco **בן** adducit **ל** Prov. XII, 20. **עמל** Ecclef. X, 15. **פלגש** i. Par. II, 48. & **נשי** Alia videntur Masculina cum sint Foeminina & vice versa: Talis est **מתנה** Eccl. VIII, 8. Mascul. cum He Paragico, quod patet ex Mascul. verbo. Conf. & Psal. CXXIV, 4. &c.

§ 3. (2.) In aliis ut constructio debito fiat modo, & qualibet vox ad suum referatur locum, urgeo. Ita Gen. XLIX, 6. **רוח** est 2. Masc. h. l. In cætum eorum ne adunator in gloria mea Jud. XI, 434. **ממנו**, non ad filiam ac si ex hac filia nulli sibi fuerint geniti filii filiave; sed ad ipsum Jephthā, quod filia ex sese unica fuerit, spectat. 2 Sam. XIII, 39. ex versant.

C 2

repe-

Ad חוה. Prov. XXI, 26. repet. ex vers. 25. piger. Prov. XXVI, 26. tegit (Malus sc. ille vers. 24.) odium in strepitu & revelabitur malitia ejus (mali) in conventu. 2. Reg. III, 26. Et vidit Rex Moabitarum, quod Rex Edomitazum teneret fortiter præ ipso bellum. 1. Reg. VIII, 31. Et venerit, Vir (sc. ille) sua execratione. Ita & ויר in principio narrationis historicae, non ut construatur cum seqq., pro evenit, accidit, ponitur E. g. & accidit Gen. XXIV, 4. Deut. XXII, 23. &c.

§. 4. Ex aliis cognoscimus Hebræorum Regulam, quod Neutrum Genus ap. Hebræos tum in complexe tum complexe, nunc Masculino Pl. CXXXII, 1. nunc Feminino Jer. XXXIII, 2. exprimitur genere; & quando utriusq. generis conjungantur voces; aliquis complexus notetur. E.g. Gen. כח רכח חטמה omne omnis generis ac nominis peccatum, si male feceris, ante fores cubans est. Exod. XII, 16. nullum omnino opus, quocumq. veniat nomine, in eis fiet. Malach. II, 6. nulla iniquitas cujuscumq. fuerit generis in ipso inventa. Psal. LXXXIX, 8. XXXIV, 20. Ex omnibus istis malis, me servavit Dominus. &c. &c.

§. 5. Parum etiam vel minime heic curo, quæ de Numeralibus Cardinalibus a 3. ad 10. in Grammaticis circumferuntur, quod sub terminatione Masculina sint Fœminina; & vicissim sub terminatione Fœminina sint Masculina; & a 20. ad 100. sint generis communis; cum ita lingvæ ferat Idiotismus: Neque quod singularis soepe sit usus Masculini de Fœminis, & vice versa, ad honorem aut vituperium, ceu exempla esto honoris Ruth. I, 8, II. Jud. XXI, 21. dedecoris Ezech. XXXIII, 26.; Cum enim ratio, cur Spiritus Sanctus ita loquatur, dari possit, & in omnibus servetur lingvis; neque Spiritus Sanctus hunc intendens sensum, hisce iisdem servatis verbis, loqui aliter potuerit, pessime ad Enallagam reducatur.

§. 6. Atque ita manum imponerem ultimam labori huic nostro de Enallagis nominum, nisi quæ ad Enallagam quoque referre alii soleant, adhuc excutienda forent. Volunt sapius Substantivum pro Adjectivo: itidem verba in statu constructo posita, unum ex iis Adjectivum facere: itidem inter duo Substantiva vel Synonyma vel disparata significationis, alterum pro Adjectivo stare; Et hæc de commodiore apud Latinos explicatione negare pertinaciter nolo: Sed in Hebræo textu Substantivum pro Adjectivo stare, ut sensus Adjectivum non Substantivum postulet, in totum nego. Quidni explicem Gen.

Gen. XLVI, 39. *Pastorum Genus Aegyptiis est abominatio; Est illud quod abominantur.* Gen. XIX, 24. *Et pluit Jehovah super Sodom & Gomorrha sulphur & ignem.* Jer. XXII, 3. *facite iudicium & iustitiam.* Addunt etiam concreta pro Abstractis poni; sed uti Vir quidam Clariss. ad loc. Ela. LIII, 9. monet: *Concreta absque exemplo non mutanda in abstracta.* & post pauca: *Non est tutum illa Adjectiva, mutare in abstracta, quæ non sunt mutata alibi:* Dulcissima sane est expositio l. c. *posuit impios sepulchrum suum.* Et divitem in mortes suas, h. e. impios secum in sepulchrum suum abstulit, & effecit, quantum in ipso est, ut amplius non essent impii. Rom. VI, 4. *Divites adhuc posuit nos in mortibus suis;* dum per mortem ipse maxime vacuus factus Phil. II, 8. 9. *morte subacta divites nos reddidit* 2 Cor. VIII, 9. *Ita & Num. XXIV, 20. tandem ad perditorem venies, illi occurreres, te ut interficiat.* Et quæ alia fortean notatu digna sint, sed tempus non permittit ut ulterius diducamus; sed ad finem properandum. Unde &

Caput V.

De

Enallage Verborum.

§. 1.

Tantam Enallagarum copiam, quantam, superius in Nominum cognovimus constructione, cum in Verbis ab Enallagarum observatoribus adductam non videamus; Etiam breves heic erimus. Et fortean in causa erit, quod omnes prorsus conveniant in significatione temporum; quæ Præteritum de Imperfecto Plusquamperfecto; imo Futuro etiam, si sc. Futurum antecesserit, de re futura sermo sit, & præfixum ¶ gerat, accentum etiam locum mutaverit: Et quod Futura itidem de præterito, iisdem de causis etiam cum vel ¶ conversivum & partic. ¶ præfixa adsit, recte exponatur: Et quod præsens itidem utroq; exprimatur, nec minus ex contextu cognoscatur. Cui nec minus elegantes ac maxime necessariae aliæ adduntur notulae; quod Futuri & temporis Præteriti commixtio denotet actum continuum: quod de futuris apud Prophetas adhibeatur Præteritum ad maiorem certitudinem, quoniam DEO nullum est tempus, & quæ recipit dare, illis quæ jam dedit, certiora &c. Quo ipso varia Enallagarum tela declinant.

C 3

§. 2.

§. 2. Quædam tamen sunt, in quibus Enallagas concedunt, & quidem dum Imperativus, ponatur pro Futuro E. g. Gen. XX, 7. & orabit pro te, & vive pro vives. &c. Sed præterea, quod Imperativus Latinorum Modus apud Hebræos futuri nomen habeat; ipsi etiam in Grammaticis nostris Latinis vulgaribus, Futurum aliquod tempus Imperativi statuimus, cui & Imperandi exacte non videtur competere, sed potius promissionis sensus. Ita Gen. XX, 7. und du sollt leben. Gen. XLII, 18. Hoc facite & vivite XLV, 18. & comeditore pinguedinem hujus terre confer & Deut. XXXII, 50. Psal. XXXVII, 27. &c. Eodem putant modo & Præteritum pro Imperativo poni, sed etiam frustra E. g. Ruth. II, 8. nonne audis filia mea? Psal. XXII, 22. eripe me ex ore Leōnis; & exaudias me:

§. 3. Infinitivum volunt etiam creberrime pro aliis adhiberi temporibus, sed plerumque, uti in aliis Lingvis, Infinitivus nominascit. Exod. IIX, 15. Quando vidit Pharaon, quod fuerit respiratio; etiam aggravare (erat) cor suum. Ezech. I, 14. Animalia erant currere & redire: Sie waren nichts anders als hin und her lauffen. Ezech. XI, 7. Vos estis educere (illud quod educi debet) ex ea. Zach. XII, 10. Et plangendo quidem super eum, secundum plangere de unigenito; Scæpe confundunt sensum ita 2. Paral. XII, 29. & Psal. LXXVII, 2. est Imperativus: Vox mea ad Dominum, atque exaudi me. quemadmodum mutatio Personarum utique majoris est Emphases gratia conf. Jer. XXII, 19. Freqventer etiam Infinitivus explicandus per Gerundium Jer. XIV, 5. quoniam etiam cervæ in agro peperit, & relinquendo quidem i. e. ita ut reliquerit illud quod peperit Eccl. VIII, 9. Vidi & dando quidem cor meum.

§. 4. Addunt, quod & Passivum pro Activo quandoque veniat. Sed & hic frustraneus omnis labor: E. g. Hiob. XV, 22. Non credit (Impius se) e tenebris reversurum; & (his) obiectus ille est (usq.) ad gladium. Psal. CIII, 14. זכור est infinitivus & recordando quidem. Cant. III, 8. Possessores facti gladii sie sind angethan mit Schwertder. Pertinet huc etiam, quod verba quædam in Niphal activam habeant significationem, uti est נשבע juravit. נשפט judicio contendit. נלחם pugnavit. נשען incubit. נשקף Prospexit נרבר dictavit נכסף defeceravit.

§. 5. Atque hæc sunt, quæ in examine Enallagarum proposui; Scopus est, ut DEI Verbum, nobis salutem animarum ex mera concess-

cessum gratia omnibus detorsionibus liberari aliquando possit. Optarem attigisse me scopum; Sed quid dico? primis tantum lineis delineavisse, qua fortean ratione tandem Hebraei textus punitas candori suo restitui queat. Vidi Enallagas a Theologis quanto fieri potest studio declinari; & sic pro Exercitio Academico materiam hanc publicæ, subjeci disquisitioni. An recte in omnibus fecerim, eruditorum stet iudicio; interim si erroribus petierim veniam, concludo dicens:

Soli DEO Gloria.

TOLLIS *ENALLAXIN numeri casusque; probasque
Sic aliquo numero VOS apud esse bonos.
Non merus est numerus, fruges consumere natus,
Qui quod inest numeris dinumerasse valet,
Sed licet illa cadat quæ fertur ENALLAGA, rursum,
Hæc tamen ex casu Surgit, Amice, suo.
Funus ENALLAXI facitis, mutaminor ipsi,
Ex tumulo hoc vobis fama decusque venit.
Quam Vos destruitis, nomen parit illa decusque,
I, fac ENALLAXIN, quisquis es, esse nihil,
Gratulor, & magnæ Vobis Occasio Laudis
Fiat enallaxis, corde manuque precor!

* immutationem

*Quibus clarissimo Domino M. PRÆSIDI,
& nobilissimo Domino RESPONDENTI,
Commensalibus suis suadissimis, de
egregio hoc eruditionis specimine pro-
spera quæque apprecatus, gratulari ve-
luit*

FRANCISCUS WOLFIUS,


Theol. D. P. P. Pastor ad D. Mariæ Aca-
demiam Rost. hactenus Rector.

SIC

Sic primum studii specimen DECKERE,
parenti
Transmittis, Vires ingenii ut doceat,
Sic soli studeas Jovæ sacrare labores,
Hoc sanctum studium præmia vera
dabit.

*Paucula hæc in honorem Nobiliff. Dn. Respondentis,
Commensalis sui honoratissimi, cum voto felici-
tatis omnigenæ addere voluit.*

PRÆSES.


Altius ignivomis dum scandens æthera bigis
Sol magis urentes projicit orbe faces.
Dum ver purpureum, radiat dum frondibus arbos,
Ac roseum gaudet comere Flora caput;
Spem faciunt largæ messis, frugumque Colono
Splendentes Veris versicoloris opes.
Te magis ardentem accendere mentis honestæ
Gloria fax cogit laudis, Amice, faces,
Tu studii laudes inter privata latere
Tecta fugis, doctis pulpita sueta subis,
Doctrinæ spargis flores, quantæque futuræ
Naturæ fruges, indicat herba satis.
Ut verè dicam, largissima messis in herba est,
Gratulor, ac opto, Dulcis Amice, Tibi.

*Hæc pauca Nobilissimo Domino Respondenti
gratulabundus adjicere voluit.*

H. M. R.
Digno

Digno laude TIBI quis non encomia
cantet?

Quæ venit ingenio laus benè parta
venit.

Laudo tuum studium jam SVAVIS AMI-
CE probatum,

Dum Tibi sat curæ littera sancta
fuit.

Perge ita: Sic Patriæ, sic Patri, sic & A-
micis,

Sic Consanguineis usque manebis
Honor!

Hæc pauca Perexim. atque Præstantiss. Dn. Re-
spondenti Amico suo Svaviff. gratulab. de-
properabat

JACOBUS Rissen/

Rhodâ Waldec. Westph.



DOCTORUM Cathedram scandis cum
Præside docto,

Ingenii vires fautor amande pro-
bans,

Hinc

